

In una parte.

9. Bacchus cernitur, laevo obtutu, corona hederacea coronatus. absqz inscriptione.

In altera.

Corona* florea. in qua media est. S-C. Nummum eum aeneum uideamus Romae apud D. Anton. Aug. ^{num.}

In una parte.

10. Vesta dea uidetur obuelata caput, uerbena caput sacra cincta, laua facie; citra noninis memoriam ullam.

In altera.

Corona laurea impressa est. in ea media legitur. S-C. Aeneam hanc parmulam Romae nobis monstrabat D. Antonius Augustinus.

In una parte.

11. Iuppiter effigiatur, lauro coronatus, laeva facie. absqz ulla inscriptione.

In altera.

Aquila sublati alis, ad dextram conuersa, in fulmine stat, rostro lauream tenens. Hinc inde. S-C. Hunc nummum aeneum uidi Romae apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

12. Cephalicon uirile cerno diademate reuinctum, laeva facie. Ob os sunt literae. L. RTAL.

In altera.

Aquila in fulmine stat, explicatis latissimè alis, ad uolatum. à cuius parte sinistra uidetur amula ansata. Inscriptionis praeterea nihil. Nummus hic aeneus mihi Norimberga est uisus apud D. Bilibaldum Incuriam.

In una.
L. iiii.